



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in  
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1650**

Aqua benedicta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9534**

ADDITIO.

**A**B Episcopo gestandus in indice dextre minus. *Isidor. Moscon. de maest. mil. eccl. lib. 1. par. 1. c. 8.*

Appellatio.

- 1 Reus appellans in criminalibus acta primæ instantiæ producat, sine quibus non procedat Iudex ad quem. Iudex autem à quo intra dies 30. exhibeat acta gratis; alioquin sine his terminetur causa. *Conc. Trid. sess. 14. cap. 3.*
- 2 Non habet locum appellatio elapso biennio, quando ob grauitatem causa, vel partium cauillationes, non sit definita causa à foro Episcopali. *Decisum refert Fr. Leo in Thesaur. par. secund. cap. 1. num. 72.*
- 3 Inhibitio numquam fit Episcopis à Iudice ad quem, sub pœna excommunicat. *Zerol. v. Appellatio. ad septimum.*
- 4 Non admittitur appellatio, nisi in trib. casib. *Concil. Trident. sess. 24. capit. 20. de reformat. Ita Greg. 13. in constit. 24.*
- 5 In censuris, lata sententia cum afflictione cedulorum non impeditur per appellationem. *Zerol. loco cit. ad 14.*
- 6 Ad expensas actorum transferendorum tenetur appellans si per Notarium acta sint scripta. *Trident. sess. 24. cap. 20. fecus, si per Cancellarium Episcopi, de quo sess. 13. cap. 3.*
- 7 Extat Decretum de hac materia Sac. Congregat. Episcoporum 16. Octobris 1600. apud Quar. *supra num. 20.*
- 8 Et aliud item Congregat. Concilij de grauiamine indebitæ carcerationis quod ab eo appellari possit *Ibid.*
- 9 Plura de appellatione Quar. *v. Archiepiscopus à nu. 13. ad 21. v. de Vicarius Foranens num. 4. Vicarius Generalis num. 24. Visitatio circa canonicos excoꝝtos num. 18. 19.*

Aqua benedicta.

**E**ST certi ordinis eius benedictio: Vnde fieret irregularis, qui censuratus eam benedicere. *Sylu. num. quart. Aqua bened.*

- 2 Singulis Dominicis Missam Parochialem facturus aquam benedictam renouet, & aspergat populum. *Prou. 3.*
- 3 In die sancto Paschatis, & Pentecostis non benedicitur; sed aspergitur Clerus; & populus cum aqua pridie benedicta, & reseruata. *Missale Romanum.*
- 4 Non aspergatur Altare, in quo publice apparet Eucharistia. *Missale Ambrosianum. 1618.*
- 5 Asperio domorum fiat in Sabbato Sancto, & in Vigilia Natiui Domini pro more locorum. *Prou. 6.*
- 6 Neque ideo quidquam petatur, neque nutu exigatur. *ibid.*
- 7 Aqua non benedicta addita benedicta in minori quantitate, quam benedicta, efficitur benedicta. *Sylu. loc. cit. n. 3.*

Archidiaconus.

- 1 **N**on tenetur esse Doctor, Magister, vel licentiatu nisi curam habeat animarum, vel annexam iurisdictionem. *Decisum refert Garz. par. 7. cap. 7. num. 40. 41. & alij apud Barbof. de pot. ep. alleg. 60. num. 60.*
- 2 Duos habens Archidiaconatus dignitate pares poterit residere in quo sibi magis placuerit. *Decisum refert Garz. de benef. par. 3. cap. 2. nu. 85.*
- 3 Si aliter est dignior, tenetur in eo residere. *Decisum refertur ibid.*
- 4 Sede vacante per octo dies, qui datur pro creatione Vicarij capitularis, Archidiaconus est de iure Vicarius, donec electus fuerit capitularis. *Zerola in praxi Episc. parte 1. Archid.*
- 5 Potest ratione Visitationis ei incumbens abesse ultra tres menses, & lucrati fructus, si dari consueuerint absentibus ex legitima causa: non tamen distributiones mere quotidianas. *Decisum refert Garz. d. cap. 2. num. 332. v. Visitatio inferiorum Episcopo num. 14. 7.*

ADDITIO.

- 1 Si est prima dignitas, debet facere officium presbyteri Assistentis, si est Sacerdos. *congr. Rit. 10. Ianuar. 1609. & recusans est cogendus pœnis, & censuris. ead. ibidem, & 28. Maij 1616.*
- 2 Non